ibidē instituit(ur) exemplo· cū p(er) dies singulos ita animū
roboraret ut, nec opū paternarū nec suorū memi-
nisset affiniū· omē etiā desideriū & sollicitudinem
erga id quod ceperat exercebat· Operabat(ur) manib(us) suis·
sciens eē scriptū· Qui n(on) operat(ur)· nec manducet· Merce-
dē sane operis sui p(re)cio panis excepto egentib(us) largie-
batur: Orabat frequent(er)· quippe q(ui) didicerat q(uo)d opor-
teret di seruū sine cessatione dnm rogare· Auditioni
etiā scripturarū ita studiū commodabat· ut nichil
exci(us) animo laberetur:· s(ed) uniuersa dni p(re)cepta custodi-
ens memoriā p(ro) libris haberet· Sic suā uitā instituens·
ab uniuersis fratrib(us) puro diligebat(ur) affectu· & omnib(us)
ad quos studio discendi p(er)gebat obediens· p(ro)prias singu-
lorū grās hauriebat· Hui(us) continentiā· illi(us) iocundita-
tē sectabatur: illi(us) lenitatē· isti(us) uigilias· alteri(us) legendi
emulabatur industriā· istū ieiunantē· illū humi quies-
centē mirabat(ur)· alteri(us) pacientiā alteri(us) mansuetudinē
p(re)dicabat· Omniū quoq(ue) uicariā erga se retinens carita-
tē atq(ue) uniuersis uirtutū partib(us) irrigat(us)· ad sedē p(ro)priā
regrediebat(ur)· Ibi secū oīa p(er)tractans· omniū in se bonita-
tē nitebat(ur) exp(ri)mere· Neq(ue) enim aduersus ciues aliquan-
do mouebat(ur)· sed ea tantū flamma egregio uiro cresce-
bat in pectore· ne secundus cuiquā inp(re)dicetis operib(us)
inueniret(ur)· Et hoc ita faciebat· ut cū omis gl(ori)a anteiret·
omnib(us) tam car(us) eēt· Nā & uicini & monachi ad quos sepe
ueniebat· antoniū uidentes di incolā nuncupabant·
indubitaisq(ue)· nature uocabulis· quidā ut filiū· alii ut